memoria mea a te ita ut numquam recorderis tui
De[..] audiens quod ecclesia esset turbata et cum venisset ad civitatem
pristina febricitare cepit et comunicatum est archiepiscopo
quod infirmaretur et venit ut consolaretur eam interrogans quid
haberet. Illa autem dixit ei: ut quid non venisse ad hominem in
statu. Dixeram enim seni ut memor esset mei. Et sic ille re-
spondit: Oro deum ut tollat memoriam tuam a corde meo
et ecce propter ista tristicia moriar. Et dixit ei archiepiscopus: Ne-
scis quod mulier es et inimicus per mulieres multos sanctos viros
deposuit. Propterea dixit senex. Ideo ergo sis sollicita na para
tua manebit. Et sic confortata est mens eius et discessit cum gaudio ad sua. De illo quidam vincit temptacione luxurie

Quidam fratri immisit adversarius commemoracionem mulieris
cuiusdam pulchre et affligebat eum in animo suo. Contigit
autem secundum disposicionem dei ut alius frater discedens de egyp-
to applicaret in sichi et intimavit ei illam mulierem esse
mortuam de qua predictus frater temptabatur. Qui cum audisset tu-
lit vestimentum nocte et ascendit ubi eam sepultam
audierat et fodit locum et extersit saniem putredinis eius
vestimento suo et reversus habebat illud secum et cum nimium
is ferveret ponebat illos fetores ante se et impugnans
cogitacioni sue dixit: Ecce desiderium quod querebas habes
pro illo quod querebas saciare exto et ita ex hu-
iusmodi fetore castigabat se quousque donec compesceret
pugnam dei ne moreretur. De fornicacione cuiusdam

Duo fratres perrexerunt ad civitatem quandam ut fructus
venderent quos fuerant operati et cum a se invicem essent
divisi unus incidit in fornicacionem. Veniens autem frater eius
dixit: Redeamus frater ad cellam nostram. Ille autem respondit non
redibo tecum quia heu in fornicacionem sum te absente